Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

re vt mihi spinas principum terrenorum celitus wse
pullulet et lilia paradysiata beatorum Et ob hoc
presens opusculum flores temporum nuncupaui.
Incipit prima etas seculi habens .ij. annorum
.dc. xliij.

Prima etas durauit ab adam usque ad
noe. habens duo milia annorum. dc. xlij
Iuxta cronica computatur tempus ab adam usque ad
diluuium. secundum iosephum. habens iisibus Tempus
ad hoc scilicet diluuium ab adam iosepho testante
fuerunt anni sexcenti milia pene duo. Prima
igitur dies seculi estimatur fuisse dies dominica
post medium mensis Marcij in qua die secundum
ysidorum. Deus creauit celum empyreum
angelos. ex quibus multi per superbiam tumentes
de celo in aerem caliginosum sunt retrusi. Alia
etiam in infernum dimissi. alijs per amorem dei
perfectis beatificatis Eo quoque die creauit qua-
tuor elementa. id est ignem. aerem aquam et
terram Et lucem que habuit diem et duos inmedi-
ate sequentes illuminauit et tempus Secunda die cre-
auit firmamentum cristallinum. diuidens a-
quas superiores ab inferioribus. Aquas sub
firmamento congregans et quasi condensans
appellauit maria Tercia in terra iam arida
facta per aquarum congressionem in vasibus terre.